


SACRATISSIMI CORDIS IESU

Ad I Vesperas


HYMNUS

I



The musical score is written on a single staff with a treble clef and a common time signature. It begins with a large, bold letter 'A' on the first line. The melody consists of a series of eighth and sixteenth notes, with some rests and accidentals. The lyrics are written below the staff, aligned with the notes. The text is in Latin and describes the life and death of Jesus Christ, focusing on his love and sacrifice. The score is divided into several measures by vertical bar lines, and there are double bar lines indicating the end of phrases or sections. The overall style is that of a traditional liturgical hymn.

Uctor be- á- te sæcu- li, Chri- ste, Re- dẽmptor 6mni- um, lumen Pa-
tris de lũmi- ne De- 6sque ve- rus de De- o: 2. Amor co- 6- git te tu- us
mor- tá- le corpus sũme- re, ut no- vus A- dam r6dde- res quod ve- tus ille ab-
stũ- le- rat: 3. Ille amor, almus 6rti- fex terr6e ma- rĩsque et sĩ- de- rum, err6- ta pa-
trum mĩ- se- rans et no- stra rumpens vĩcu- la. 4. Non corde di- sc6- dat tu- o
vis illa am6- ris 6nclĩ- ti: hoc fonte gen- tes h6u- ri- ant remis- si- 6- nis gr6-
ti- am. 5. Ad hoc a- c6rbam l6nce- am passũmque ad hoc est vũlne- ra, ut nos
la- v6- ret s6rdi- bus unda flu- 6n- te, et s6ngui- ne. 6. Ie- su, ti- bi sit gl6- ri- a,
qui corde fundis gr6- ti- am, cum Patre, et al- mo Spi- ri- tu in sempi- t6rna



sæcu-la. A-men.



I VIII n ca-ri-tá-te perpé-tu-a * di-lé-xit nos De-us; íd-e-o, ex-altá-tus a



terra , attrá-xit nos ad cor su-um mí-se-rans. E u o u a e.

Psalmus 112 (113)


Laudabile nomen Domini

Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles (Lc 1, 52).

- ¹Laudáte, púeri Dómini, *
laudáte nomen Dómini.
- ²Sit nomen Dómini benedíctum *
ex hoc nunc et usque in sæculum.
- ³A solis ortu usque ad occásum *
laudábile nomen Dómini.
- ⁴Excélsus super omnes gentes Dóminus, *
super cælos glória eius.
- ⁵Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat *
⁶et se inclínat, ut respíciat in cælum et in terram?
- ⁷Súscitans de terra ínopem, *
de stércore érigens páuperem,
- ⁸ut cóllocet eum cum princípibus, *
cum princípibus pópuli sui.
- ⁹Qui habitáre facit stérilem in domo, *
matrem filiórum lætántem.



I **D** í-sci-te a me, * qui- a mi-tis sum et húmi-lis cor-de, et inve-



ni-é-tis réqui-em a-nimá-bus vestris. E u o u a e.

Psalmus 145 (146)

Sperantium in Dominum beatitudo

Laudamus Dominum in vita nostra, id est in moribus nostris (Arnobius).

- ¹ Lauda, ánima mea, Dóminum; †
² laudábo Dóminum in vita mea, *
 psallam Deo meo, quámdu fuero.
- ³ Nolíte confidere in princípibus, *
 in filiis hóminum, in quibus non est salus.
- ⁴ Exíbit spíritus eius, et revertétur in terram suam; *
 in illa die períbunt cogitatiónes eórum.
- ⁵ Beátus, cuius Deus Iacob est adiútor, *
 cuius spes in Dómino Deo suo,
- ⁶ qui fecit cælum et terram, *
 mare et ómnia, quæ in eis sunt;
 qui custódit veritátem in sæculum, †
⁷ facit iudícium opprèssis, *
 dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos, *
⁸ Dóminus illúminat cæcos,
 Dóminus érigit depréssos, *
 Dóminus díligit iustos,
⁹ Dóminus custódit ádvenas, †
 pupíllum et víduam susténtat *
 et viam peccatórum dispérdit.

¹⁰ Regnábít Dóminus in sæcula, *
 Deus tuus, Sion, in generatióem et generatióem.

III
E -go sum * pastor bo-nus, qui pasco o-ves me- as et pro ó-vi-bus

The image shows musical notation for the hymn. It consists of two staves of music. The first staff begins with a treble clef and a common time signature (C). The melody is written in a simple, square-note style. The second staff continues the melody. There are double bar lines indicating the end of phrases. The lyrics are written below the staves.

me- is pono á-nimam me- am. E u o u a e.

Canticum
 Ap 4, 11; 5, 9. 10. 12
 Hymnus redemptorum

^{4,11} Dignus es, Dómine et Deus noster, *
 accípere glóriam et honórem et virtútem,
 quia tu creásti ómnia, *

et propter voluntátem tuam erant et creáta sunt.

^{5,9} Dignus es accíperere librum *
et aperíre signácula eius,
quóniam occísus es †
et redemísti Deo in sáanguine tuo *
ex omni tribu et lingua et pópulo et natióne
¹⁰ et fecísti eos Deo nostro regnum et sacerdótes, *
et regnábunt super terram.

¹² Dignus est Agnus, qui occísus est, †
accíperere virtútem et divítias et sapiéntiam *
et fortitúdinem et honórem et glóriam et benedictiónem.

LECTIO BREVIS (Eph 5, 25 b-27)

Christus diléxit ecclésiám et seípsum trádidit pro ea, ut illam sanctificáret mundans lavácro aquæ in verbo, ut exhibéret ipse sibi gloriósam ecclésiám non habéntem máculam aut rugam aut áliquid eíusmodi, sed ut sit sancta et immaculáta.

RESPONSORIUM BREVE

6



Christus di-lé-xit nos et la-vit nos ☩ In sán-gui-ne su-o. ♪



Et fe-cit nos regnum, et sa-cerdó-tes De-o et Pa-tri. ♪ Gló-ri-a Patri,



et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

I



- gnem * ve-ni mít-te-re in terram, et quid vo-lo ni-si ut



accendá-tur? E u o u a e.

PRECES

Iesum, réquiem animárum, deprecémur, fratres, et ab eo postulémus:

Rex amantíssime, miserére.

Iesu, cuius cor láncea est perforátum, sánguinem et aquam effúndens, ut sponsa tibi nascerétur Ecclésia,

- eam sanctam fac et immaculátam.

Iesu, templum Dei sanctum, ab homínibus solútum et a Patre íterum excitátum,

- Ecclésiám fac tabernáculum Altíssimi.

Iesu, rex et centrum ómnium córdium, in caritaté perpétua nos diligens et átrahens miserans,

- fœdus novum cum ómnibus rénova.

Iesu, pax et reconciliátio nostra, in unum novum hóminem omnes pace compónens, et per crucem interficiens inimicitias,

- accéssum tríbue ad Patrem.

Iesu, vita et resurréctio nostra, oneratórum reféctio et réquies animárum,

- peccatóres ad te átrahe.

Iesu, factus obœdiens usque ad mortem crucis propter nímiám tuam caritatém,

- omnes in tua pace dormiéntes resúscita.

Pater noster.

Oratio


Concéde, quáesumus, omnípotens Deus, ut, qui dilécti Filii tui corde gloriántes, eius præcípua in nos benefícia recólimus caritátis, de illo donórum fonte cælésti supereffluéntem grátiam mereámur accíperere. Per Dóminum.


Ad Invitatorium

IV
C
OR Ie-su a- mó-re nostri vulne-rá- tum, ve-ní- te,
a- do-ré- mus.




IV
V
E-ní- te, exultémus Dómi-no, iu-bi- lémus De- o, sa-lu-tá-ri







nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confessi-ó-ne, et in psalmis




iu-bi-lémus e- i.




Quó-ni-am De-us magnus Dómi-nus, et rex magnus super omnes de-os.




Quó-ni-am non re-pél-let Dómi-nus ple-bem su-am, qui-a in manu e-ius sunt




omnes fi-nes terræ, et al-ti-tú-di-nes mónti-um ipse cónspi-cit.




Quó-ni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit il-lud, et á-ri-dam funda-vé-runt



manus e-ius. Ve-ní-te, ad-o-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus



co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dómi-nus, De-us no-ster,



nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves páscu-æ e- ius.




Hó-di-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda ve-




stra, si-cut in ex-a-cerba-ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto:



u-bi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me-



a.



Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-ti- ó-ni hu- ic, et di-xi:



Semper hi errant corde. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi- as me- as:



qui-bus iu-rá-vi in i-ra me- a: Si intro- í-bunt in réqui- em me- am.»



Gló-ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San-cto. Si-cut e-rat in prin-cí-



pi- o, et nunc, et semper, et in sá-cu- la sá-cu- ló- rum. A- men.

Ad Officium lectionis

HYMNUS



OR, ár-ca lé-gem cón-ti-nens, Non servi- tú- tis vé-te-ris, Sed grá-ti-

æ, sed vé-ni-æ, Sed et mi-se-ri-córdi-æ. 2. Cor, sanctu-á-ri-um nó-vi
 In-teme-rá-tum foéde-ris, Témplum ve-tú-sto sáncti-us, Ve-lúmque scís-so
 u-tí-li-us. 3. Te vulne-rá-tum cá-ri-tas I-ctu pa-tén-ti vó-lu-it, Amó-ris
 in-vi-sí-bi-lis Ut ve-ne-rémur vúl-ne-ra. 4. Hoc sub amó-ris sýmbo-lo
 Pássus cru-én-ta et mýsti-ca, Utrúmque sa-cri-fí-ci-um Christus Sa-cérdos
 óbtu-lit. 5. Quis non amántem ré-damet? Quis non re-démptus dí-li-gat, Et
 ca-ri-tá-te iú-gi-ter Hæ-ré-re Christo gesti-at? 6. Ie-su, ti-bi sit gló-ri-a,
 Qui Corde fundis grá-ti-am, Cum Pa-tre et al-mo Spí-ri-tu In sempi-térna
 sæcu-la. A-men.

II
A-pud te * est fons vi-tæ, torrén-te vo-luptá-tis tu-æ po-tá-bis nos,
 Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 35 (36)

Malitia peccatoris, Domini bonitas

Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem vitæ (Io 8, 12).

- ² Susúrrat iníquitas ad ímpium in médio cordis eius; *
non est timor Dei ante óculos eius.
- ³ Quóniam blandítur ipsi in conspéctu eius, *
ut non invéniat iniquitátem suam et óderit.
- ⁴ Verba oris eius iníquitas et dolus, *
désiit intellégere, ut bene ágeret.
- ⁵ Iniquitátem meditátus est in cubíli suo, †
ástitit omni viæ non bonæ, *
malítiam autem non odívit.
- ⁶ Dómine, in cælo misericórdia tua *
et véritas tua usque ad nubes;
- ⁷ iustítia tua sicut montes Dei, †
iudícia tua abyíssus multa: *
hómines et iuménta salvábis, Dómine.
- ⁸ Quam pretiósá misericórdia tua, Deus! *
Fílii autem hómínium in tégmine alárum tuárum sperábunt;
- ⁹ inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ, *
et torrénite voluptátis tuæ potábis eos.
- ¹⁰ Quóniam apud te est fons vitæ, *
et in lúmine tuo vidébitus lumen.
- ¹¹ Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te *
et iustítiam tuam his, qui recto sunt corde.
- ¹² Non véniat mihi pes supérbie, *
et manus peccatóris non móveat me.
- ¹³ Ibi cecidérunt, qui operántur iniquitátem, *
expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

IV
Dum anxi- a-ré-tur cor me- um, * in pe-tra ex-altá-sti me. E u o
u a e.

Psalmus 60 (61)
Exsulis oratio

Oratio iusti æterna sperantis (S. Hilarius).

² Exáudi, Deus, deprecaciónem meam, *
inténde oratióni meæ.

³ A finibus terræ ad te clamávi, †
dum anxiarétur cor meum. *
In petram inaccéssam mihi deduc me!

⁴ Quia factus es spes mea, *
turris fortitúdinis a fácie inimíci.

⁵ Inhabitábo in tabernáculo tuo in sæcula, *
prótegar in velaménto alárum tuárum,

⁶ quóniam tu, Deus meus, exaudísti vota mea, *
dedísti hereditátem timéntium nomen tuum.

⁷ Dies super dies regis adícies, *
annos eius usque in diem generatiónis et generatiónis.

⁸ Sédeat in ætérnum in conspéctu Dei; *
misericórdia et véritas servent eum.

⁹ Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi, *
ut reddam vota mea de die in diem.

VII
V

i-dé-runt omnes * térmi-ni terræ sa-lu-tá-re De- i nostri. E u o

u a e.

Psalmus 97 (98)

Dominus victor in iudicio

Hic psalmus priorem Domini adventum significat et fidem omnium gentium (S. Athanasius).

¹ Cantáte Dómino cánticum novum, *
quia mirabilia fecit.

Salvávít sibi délixtera eius, *
et bráchium sanctum eius.

² Notum fecit Dóminus salutáre suum, *
in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.

³ Recordátus est misericórdiæ suæ *
et veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ *
salutáre Dei nostri.

⁴ Iubiláte Deo, omnis terra, *
erúmpite, exultáte et psállite.
⁵ Psállite Dómino in cíthara, *
in cíthara et voce psalmi;
⁶ in tubis ductílibus et voce tubæ córneæ, *
iubiláte in conspéctu regis Dómini.
⁷ Sonet mare et plenitúdo eius, *
orbis terrárum et qui hábitant in eo.
⁸ Flúmina plaudent manu, †
simul montes exultábunt ⁹ a conspéctu Dómini, *
quóniam venit iudicáre terram.
Iudicábit orbem terrárum in iustítia *
et pópulos in æquitáte.

℣. Memor ero óperum Dómini.

℞. Memor ero ab inítio mirabílium suórum.

LECTIO PRIOR

De Epístola beáti Pauli apóstoli ad Romános 8, 28-39

Fratres: ²⁸ Scimus autem quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, his, qui secúndum propósitum vocáti sunt. ²⁹ Nam, quos præscívit, et prædestinávit confórmes fieri imáginis Filii eius, ut sit ipse primogénitus in multis frátribus; ³⁰ quos autem prædestinávit, hos et vocávit; et quos vocávit, hos et iustificávit; quos autem iustificávit, illos et glorificávit.

³¹ Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? ³² Qui Filio suo non pepércit, sed pro nobis ómnibus trádidit illum, quómo modo non étiam cum illo ómnia nobis donábit? ³³ Quis accusábit advérsus eléctos Dei? Deus, qui iustificat? ³⁴ Quis est qui condémnet? Christus Iesus, qui mórtuus est, immo qui suscitátus est, qui et est ad dexteram Dei, qui étiam interpéllat pro nobis?

³⁵ Quis nos separábit a caritáte Christi? Tribulátio an angústia an persecútio an fames an núditas an pérículum an gládus? ³⁶ Sicut scriptum est: «*Propter te mortificámur tota die, æstimáti sumus ut oves occisiónis*».

³⁷ Sed in his ómnibus supervíncimus per eum, qui diléxit nos. ³⁸ Certus sum enim quia neque mors neque vita neque ángeli neque principátus neque instántia neque futúra neque virtútes ³⁹ neque altitúdo neque profúndum neque ália quælibet creatúra póterit nos separáre a caritáte Dei, quæ est in Christo Iesu Dómino nostro.

RESPONSORIUM (Eph 2, 5. 4 b. 7 a)

℞. Cum essémus mórtui peccátis, convivicávit nos Deus Christo * Propter nímiã caritátem suã qua diléxit nos.

℣. Ut osténderet in sæculis superveniéntibus abundántes divítias grátiaẽ suæ. * Propter nímiã caritátem suã qua diléxit nos.

LECTIO ALTERA

Ex Opéribus sancti Bonaventúráe epíscopi

Considera et tu, homo redémpte, quis, quantus et qualis est hic, qui pro te pendet in cruce, cuius mors vivificat mórtuos, cuiúsq; tránsitum et cælum luget et terra, et lápides duri scindúntur.

Porro ut de látere Christi dormiéntis in cruce formarétur Ecclésia, et Scriptúra implerétur quæ dicit: *Vidébunt in quem transfixérunt*, divína est ordinatióne indúltum, ut unus mílitum láncea latus sacrum illud aperiéndo perfóderet, quátenus sáanguine cum aqua manánte, prétium effunderétur nostræ salútis, quod a fonte, scilicet cordis arcáno, profúsum, vim daret sacraméntis Ecclésiæ ad vitam grátiaæ conferéndam, essétque iam in Christo vivéntibus póculum fontis vivi *saliéntis in vitam ætérnam*.

Surge ígitur, amíca Christi, esto sicut colúmba *nidíficans in summo ore foráminis*, ibi ut *passer invéniens domum*, vigiláre non cesses, ibi tamquam turtur casti amóris pullos abscondé, ibi os appóne, *ut háurias aquas de fóntibus Salvatóris*. Hic enim est *fons egrédiens de médio paradísi*, qui *in quáttuor divísus cápita* et in corda devóta diffúsus, fecúndat et irrigat univérsam terram.

Ad hunc fontem vitæ et lúminis curre, cum desidério vivo, quæcúmque es, ánima Deo devóta, et cordis íntima vi ad eum clama: «O ineffábilis decor Dei excélsi et puríssima cláritas lucis ætérnæ, vita omnem vitam vivíficans, lux omne lumen il-lúminans et consévans in splendóre perpétuo multifórmia lúmina fulgéntia, ante thronum divinitátis tuæ a primævo dilúculo!

O ætérnum et inaccessible, clarum et dulce proflúvium fontis absconditi ab óculis ómnium mortálium, cuius profúndum sine fundo, cuius altum sine término, cuius amplitúdo incircumscripíbilis, et cuius púritas imperturbábilis.

Ex quo flúvius procédit, *qui lætíficat civitátem Dei*, ut *in voce exsultatiónis et confessiόnis* decantémus tibi cántica laudis, experiéntia teste probántes, *quóniam apud te est fons vitæ, et in lúmine tuo vidébimus lumen*».

RESPONSORIUM (Ps 102 (103), 2. 4; 33 (34), 9 a)


℞. Benedic, ánima mea, Dómino, et noli oblivísci omnes retributiónes eius, * Qui rédimít de intéritu vitam tuam, qui coronát te in misericórdia et miseratiónebus.


℣. Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus. * Qui rédimít de intéritu vitam tuam, qui coronát te in misericórdia et miseratiónebus.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

J E-su, auctor clemén-ti-æ, To-tí-us spes læ-tí-ti-æ, Dulcó-ris fons





et grá-ti-æ, Ve-ræ cordis de-lí-ci-æ. 2. Je-su, spes pæ-ni-tén-ti-bus,



Quam pi-us es pe-tén-ti-bus, Quam bonus te quæ-rén-ti-bus; Sed quid in-



ve-ni-én-ti-bus? 3. Tu-a, Je-su, di-léc-ti-o, Gra-ta men-tis re-féc-ti-o,




Replet si-ne fas-tí-di-o, Dans famem de-si-dé-ri-o. 4. O Je-su di-lec-tís-



si-me, Spes su-spi-rán-tis á-ni-mæ, Te quæ-runt pi-æ lá-crímæ, Te clamor




men-tis ín-timæ. 5. Ma-ne no-bís-cum, Dó-mi-ne, Ma-ne no-vum cum lú-mi-




ne, Pulsa noctis ca-lí-gi-ne Mundum replens dulcè-di-ne. 6. Je-su, sum-



ma-be-ní-gni-tas, Mi-ra cordis ju-cúndi-tas, Incompre-hén-sa bó-ni-tas,



Tu-a nos stringit cá-ri-tas. 7. Je-su, flos Ma-tris vír-gi-nis, Amor nostræ dul-



cè-di-nis, Laus tí-bi si-ne té-rmi-nis, Regnum be-a-ti-tú-di-nis. A-men.

VIII
I n di- e magno festi- vi- tá- tis * sta- bat Ie- sus et clamá- bat di- cens:

Si quis si- tit, vé- ni- at ad me et bi- bat. E u o u a e.

Psalmus 62 (63), 2-9

Anima Dominum sitiens

Ad Deum vigilat, qui opera noctis reicit.

- ² Deus, Deus meus es tu, *
ad te de luce vígilo.
Sítívít in te ánima mea, *
te desiderávit caro mea.
In terra desérta et árida et inaquósa, †
³ sic in sancto appáruí tibi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.
⁴ Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas, *
lábia mea laudábunt te.
⁵ Sic benedícam te in vita mea *
et in nómine tuo levábo manus meas.
⁶ Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea, *
et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.
⁷ Cum memor ero tui super stratum meum, *
in matutínis meditábor de te,
⁸ quia fuísti adiútor meus, *
et in velaménto alárum tuárum exsultábo.
⁹ Adhæsít ánima mea post te, *
me suscépit délixtera tua.

VIII
V e- ní- te * ad me omnes qui la- bo- rá- tis et one- rá- ti estis,

et e- go re- fí- ci- am vos. E u o u a e.

Canticum

Dan 3, 57-88. 56

Omnis creatura laudet Dominum

Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius (Ap 19, 5).

- ⁵⁷ Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino, *
 laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
- ⁵⁸ Benedícite, cæli, Dómino, *
 ⁵⁹ benedícite, ángeli Dómini, Dómino.
- ⁶⁰ Benedícite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino, *
 ⁶¹ benedícat omnis virtus Dómino.
- ⁶² Benedícite, sol et luna, Dómino, *
 ⁶³ benedícite, stellæ cæli, Dómino.
- ⁶⁴ Benedícite, omnis imber et ros, Dómino, *
 ⁶⁵ benedícite, omnes venti, Dómino.
- ⁶⁶ Benedícite, ignis et æstus, Dómino, *
 ⁶⁷ benedícite, frigus et æstus, Dómino.
- ⁶⁸ Benedícite, rores et pruína, Dómino, *
 ⁶⁹ benedícite, gelu et frigus, Dómino.
- ⁷⁰ Benedícite, glácies et nives, Dómino, *
 ⁷¹ benedícite, noctes et dies, Dómino.
- ⁷² Benedícite, lux et ténebræ, Dómino, *
 ⁷³ benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.
- ⁷⁴ Benedícat terra Dóminum, *
 laudet et superexáltet eum in sæcula.
- ⁷⁵ Benedícite, montes et colles, Dómino, *
 ⁷⁶ benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.
- ⁷⁷ Benedícite, mária et flúmina, Dómino, *
 ⁷⁸ benedícite, fontes, Dómino.
- ⁷⁹ Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino, *
 ⁸⁰ benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.
- ⁸¹ Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino, *
 ⁸² benedícite, filii hóminum, Dómino.
- ⁸³ Bénedic, Israel, Dómino, *
 laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
- ⁸⁴ Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino, *
 ⁸⁵ benedícite, servi Dómini, Dómino.
- ⁸⁶ Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, Dómino, *
 ⁸⁷ benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.
- ⁸⁸ Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino, *
 laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
- Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu; *
 laudémus et superexaltémus eum in sæcula.
- ⁵⁶ Benedictus es in firmaménto cæli *

et laudábilis et gloriósus in sáecula.

In fine huius cantici non dicitur Glória Patri.

I
F

i- li, * præbe mi- hi cor tu- um, et ó-cu- li tu- i custó- di- ant vi- as
me- as. E u o u a e.

Psalmus 149

Exsultatio sanctorum

Filii Ecclesiae, filii novi populi exsultent in rege suo: in Christo (Hesychius).

- ¹ Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.
- ² Lætétur Israel in eo, qui fecit eum, *
et filii Sion exsúltent in rege suo.
- ³ Laudent nomen eius in choro, *
in týmpano et cíthara psallant ei,
- ⁴ quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, *
et honorábit mansuétos in salúte.
- ⁵ Iúbilent sancti in glória, *
læténtur in cubilibus suis.
- ⁶ Exaltatiónes Dei in gútture eórum *
et gládii ancípites in mánibus eórum,
- ⁷ ad faciéndam vindíctam in natió nibus, *
castigatiónes in pópulis,
- ⁸ ad alligá ndos reges eórum in compédibus *
et nóbiles eórum in mánicis férreis,
- ⁹ ad faciéndum in eis iudícium conscríptum: *
glória hác est ómnibus sanctis eius.

LECTIO BREVIS (Ier 31, 33)

Hoc erit pactum, quod fériam cum domo Israel post dies illos, dicit Dóminus: Dabo legem meam in viscéribus eórum et in corde eórum scribam eam; et ero eis in Deum et ipsi erunt mihi in pópulum.

RESPONSORIUM BREVE

ANTIPHONA AD BENEDICTUS

VIII
Per ví-sce-ra * mi-se-ri-córdi-æ su-æ vi-si-tá-vit nos De-us, et fe-cit
red-empti-ónem pó-pu-li su-i, al-le-lú-ia. E u o u a e.



PRECES

Iesum, qui est mitis et hūmilis corde, deprecémur, fratres, eíque supplicémus:
Rex amantíssime, miserére.

Iesu, in quo hábitat omnis plenitúdo divinitátis,

- divínæ consórtis natúræ tuæ nos éffice.

Iesu, in quo sunt omnes thesáuri sapiéntiæ et sciéntiæ,

- multifórmem sapiéntiam Dei per Ecclésiám nobis revéla.

Iesu, in quo Pater sibi bene complácuit,

- prædicatiónis tuæ fac nos auditóres perseverántes.

Iesu, de cuius plenitúdine omnes nos accépimus,

- grátiam et veritátem Patris nobis abundánter largíre.

Iesu, fons vitæ et sanctitátis,

- sanctos et immaculátos in caritaté nos redde.

Pater noster.

Oratio


Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui dilécti Filii tui corde gloriántes, eius præcípua in nos beneficia recólimus caritátis, de illo donórum fonte cælésti supereffluéntem grátiam mereámur accíperere. Per Dóminum.


Ad Horam mediam

HYMNUS

Ad Tertiam

VIII
Nunc Sancte no-bis Spí- ri- tus, Unum Patri cum Fí- li- o, Digná-
re promptus ín-ge-ri, Nostro re-fú- sus péc- to-ri. 2. Os, lingua, mens, sen-






sus, vi-gor Confessi- ónem pérsonent. Flamméscat igne cá- ri- tas, Accén-
 dat ar-dor pró- xi-mos. 3. Præsta, Pa-ter pi- ís- si-me, Patrique compar U-
 ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli- to Regnans per omne sæ- cu-lum. A- men.

Ad Sextam


VIII



Rector pot-ens, ve-rax De- us, Qui ténpe-ras re- rum vi-ces, Splen-
 dó-re ma-ne ínstru- is Et ígni-bus me- rí- di- em. 2. Exstíngue flammás
 lí- ti- um, Aufer ca-ló-rem nó-xi- um, Confer sa-lú-tem córpo- rum, Ve-rám-
 que pa- cem cór- di- um. 3. Præsta, Pa-ter pi- ís- si-me, Patrique compar U-
 ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli- to Regnans per omne sæ- cu-lum. A- men.

Ad Nonam

VIII



Re- rum, De- us, te- nax vi- gor, Immó- tus in te pérma- nens, Lu- cis
 di- úrnæ témpo- ra Succéssi- bus de- tér- mi- nans. 2. Largí- re cla- rum vés-



pe-re, Quo vi-ta numquam dé-ci-dat, Sed præmi-um mortis sacræ Per-én-
 nis in-stet gló-ri-a. 3. Præsta, Pa-ter pi-ís-si-me, Patrique compar U-
 ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Regnans per omne sáe-cu-lum. A-men.

ANTIPHONA

Ad Tertiam




P ópu-le me-us, * quid fe-ci-ti-bi aut quid mo-léstus fu-i? Respón-
 de mi-hi. E u o u a e.

Ad Sextam



C ontrí-tum est * cor me-um in mé-di-o me-i, contremu-é-runt
 ómni-a ossa me-a. E u o u a e.

Ad Nonam



U -nus mí-li-tum * lán-ce-a-la-tus e-ius a-pé-ru-it, et contínu-o
 ex-í-vit sanguis et aqua. E u o u a e.

Psalmodia complementarior.

Ad Tertiam

LECTIO BREVIS (Ier 31, 2-4)

Hæc dicit Dóminus: «Invénit grátiam in desérto pópulus, qui remánserat a glá-dio; vadet ad réquiem suam Israel». De longe Dóminus appáruit mihi: «In caritáte perpétua diléxi te; ídeo attráxi te in misericórdia. Rursúmque ædificábo te, et ædificáberis».

℣. Hauriétis aquas in gáudio.

℞. De fónibus Salvatóris.

Oratio

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui dilécti Fílii tui corde gloriántes, eius præcípua in nos beneficia recólimus caritátis, de illo donórum fonte cælésti supereffluéntem grátiam mereámur accípere. Per Christum.

Ad Sextam

LECTIO BREVIS (Ier 32, 40)

Fériam eis pactum sempitérnum et non désinam eis benefácere et timórem meum dabo in corde eórum, ut non recédant a me.

℣. Sustínui, qui simul contristarétur, et non fuit.

℞. Et qui consolarétur, et non invéni.

Oratio

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui dilécti Fílii tui corde gloriántes, eius præcípua in nos beneficia recólimus caritátis, de illo donórum fonte cælésti supereffluéntem grátiam mereámur accípere. Per Christum.

Ad Nonam

LECTIO BREVIS (Rom 5, 8-9)

Comméndat suam caritátem Deus in nos, quóniam, cum adhuc peccatóres essémus, Christus pro nobis mórtuus est. Multo ígitur magis iustificáti nunc in sángine ipsíus, salvi érimus ab ira per ipsum!

℣. Vulnerátus est propter iniquitátes nostras.

℞. Et eius livóre sanáti sumus.

Oratio

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui dilécti Filii tui corde gloriántes, eius præcípua in nos beneficia recólimus caritátis, de illo donórum fonte cælésti supereffluéntem grátiam mereámur accipere. Per Christum.

Ad II Vesperas

HYMNUS

I
A Uctor be-á-te sæcu-li, Chri-ste, Re-démptor ómni-um, lumen Pa-
tris de lúmi-ne De-úsque ve-rus de De-o: 2. Amor co-é-git te tu-us
mor-tá-le corpus súme-re, ut no-vus A-dam rédde-res quod ve-tus ille ab-
stú-le-rat: 3. Ille amor, almus árti-fex terræ ma-risque et sí-de-rum, errá-ta pa-
trum mí-se-rans et no-stra rumpens víncu-la. 4. Non corde di-scé-dat tu-o
vis illa amó-ris íncli-ti: hoc fonte gen-tes háu-ri-ant remis-si-ó-nis grá-
ti-am. 5. Ad hoc a-cérbam lánce-am passúmque ad hoc est vúlne-ra, ut nos
la-vá-ret sórdi-bus unda flu-én-te, et sán-gui-ne. 6. Ie-su, ti-bi sit gló-ri-a,

qui corde fundis grá-ti-am, cum Patre, et al-mo Spí-ri-tu in semp- térna
 sáecu-la. A-men.

I

Su-á-vi iu-go tu-o * domi-ná-re, Dó-mi-ne, in mé-di-o
 in-imi-có-rum tu-ó-rum. E u o u a e.

Psalmus 109 (110), 1-5. 7

Messias rex et sacerdos

Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius (1 Cor 15, 25).

¹ Dixit Dóminus Dómino meo: *

«Sede a dextris meis,
 donec ponam inimicos tuos *
 scabéllum pedum tuórum».

² Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Sion: *

domináre in médio inimicórum tuórum.

³ Tecum principátus in die virtútis tuæ, †

in splendóribus sanctis, *
 ex útero ante lucíferum génuí te.

⁴ Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: *

«Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech».

⁵ Dóminus a dextris tuis, *


conquassábit in die iræ suæ reges.

⁷ De torrén-te in via bibet, *

proptérea exaltábit caput.

II

Mi-sé-ri-cors * et mi-se-rá-tor Dómi-nus: escam de-dit timénti-



bus se. E u o u a e.

Psalmus 110 (111)
Magna opera Domini

Magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens (Ap 15, 3).

- ¹ Confitébor Dómino in toto corde meo, *
in consilio iustórum et congregatióne.
- ² Magna ópera Dómini, *
exquirénda ómnibus, qui cúpiunt ea.
- ³ Decor et magnificéntia opus eius, *
et iustítia eius manet in sáeculum sáeculi.
- ⁴ Memóriam fecit mirabílium suórum, *
miséricors et miserátor Dóminus.
- ⁵ Escam dedit timéntibus se; *
memor erit in sáeculum testaménti sui.
- ⁶ Virtútem óperum suórum annuntiávit pópulo suo, †
ut det illis hereditátem géntium; *
- ⁷ ópera mánuum eius véritas et iudícium.
- Fidélia ómnia mandáta eius, †
- ⁸ confirmáta in sáeculum sáeculi, *
facta in veritáte et æquitáte.
- ⁹ Redemptiónem misit pópulo suo, *
mandávit in ætérnum testaméntum suum.
- Sanctum et terríbile nomen eius. *
- ¹⁰ Inítium sapiéntiæ timor Dómini,
intelléctus bonus ómnibus faciéntibus ea; *
laudátio eius manet in sáeculum sáeculi.

VIII
E 

c-ce * Agnus De- i, ecce qui tol-lit pec-c-ta mundi. E u o u a e.

Canticum
Phil 2, 6-11
De Christo, servo Dei

- ⁶ Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo,
- ⁷ sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, †
in similitúdinem hóminum factus; *

- et hábitu invéntus ut homo,
⁸ humiliávit semetípsum †
 factus obœdiens usque ad mortem, *
 mortem autem crucis.
- ⁹ Propter quod et Deus illum exaltávit †
 et donávit illi nomen, *
 quod est super omne nomen,
¹⁰ ut in nómine Iesu *omne genu flectátur* *
 cæléstium et terréstrium et infernórum
¹¹ *et omnis lingua confiteátur*: *
 «Dóminus Iesus Christus!», in glóriam Dei Patris.

RESPONSORIUM BREVE

RESPONSORIUM BREVE

6
C hristus di- lé- xit nos et la- vit nos R̄ In sán- gui- ne su- o. V̄
 Et fe- cit nos regnum, et sa- cerdó- tes De- o et Pa- tri. V̄ Gló- ri- a Patri,
 et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

III
S uscé- pit nos Dómi- nus * in si- num et cor su- um, re- cordá- tus mi- se-
 ri- córdi- æ su- æ, al- le- lú- ia. E u o u a e.

Oratio

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui dilécti Fílii tui corde gloriántes, eius præcípua in nos beneficia recólimus caritátis, de illo donórum fonte cælésti supereffluéntem grátiam mereámur accíperé. Per Dóminum.